

**www.e-rara.ch**

**Natalis Comitum mythologiae, sive explicationis fabularum, libri decem**

**Conti, Natale  
Linocier, Geoffroy  
Chouët.**

**Genevae, MDCLI [1651]**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 8185

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-34301>

Illustrissimus atque revrendissimus domino, Io. Baptistae Campeggio Maioriscensi episcopo.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



ILLVSTRISSIMO

Atque Reuerendissimo

Domino,

IO. BAPTISTÆ CAMPEGGIO

Maioricensi Episcopo:

S. P.

**D**ICAVERAM libros hos Mythologicos Serenissimo Gallorum Regi Carolo Nono fel. mem. tanquam munus non planè regia celsitudine indignum, vt in quibus omnia sapientia præcepta contineantur tam ad mores, quàm ad naturam huiusce vniuersi spectantia. Sed bellici tumultus de Religione in vniuersa prope Gallia insurgentes ita illum Regem vexarunt, dum inprimerentur, vt ad quiduis potiùs, quàm ad literarum cognitionem oculos detorquere liceret. Inde effectum est, vt neque tunc missi sint ad Regem, vt importunè inter arma vbique obstreptentia: neque postea, vt res iam inueterata, & in manibus omnium diu versata. At nunc mortuo illo Rege cum multis rebus aucti locupletatique demuo prodeant in lucem, vel vt antiquorum institutum seruem, qui sua opera viis illustrioribus sua tempestatis, præstantioribusque gloria, virtute, auctoritate consecrarunt: vel vt per hanc opportunitatem in gratiam amplitudinis tue admitterer, volui tibi opt. Ioan. Baptistæ

Campeggi hanc Mythologiam reuocatam à frustra instituta  
dicatione regia consecrare. Neque existimo sanè meum confi-  
lium cuiquam non maximopere probatum iri, quoniam non  
est obscurum te regio animo, regiaque magnificentia inter  
mortales plurimum prestare, & non mediocriter præterea  
oblectari sapientia studiis. Quid enim te illustrius dici aut  
commemorari potest, qui præ te fers regiam quandum admi-  
rabilem magnificentiam ac bonitatem in omnibus dictis fa-  
ctisque tuis? Non dico hoc temerè. Scio in his duobus omnem  
laudem humana vita contineri: Scio me hæc non supra animi  
tui bonitatem efferre. Nam vtriusque virtutis singulare argu-  
mentum dedisti, cum maximos prouentus Episcopatus Maio-  
rica repulisti ob corporis tui imbecillitatem, quia sic & quod  
sit verè Episcopi munus ostendisti, & te Dei cultum proprijs  
tuis commodis anteferre, cum alioquin non minor sit aliquan-  
do in contemnendis, quam in consequendis magistratibus dig-  
nitas. Reliquum est vt pro singulari bonitate, amplitudinèque  
animi tui, meum hoc obseruantis in te mea pignus beneuolo  
animo complectare. Venetijs Calend. Septembris, Anno  
1600.

Ampl. tuæ dedit iſſ

NATALIS COMES.